

D. MATHIÆ  
LAGUNEZ

SIGUNTINI,

ANTEA IN SUPREMA HISPANIARUM CURIA

Disertissimi Advocati, ac deinde in Regiâ Quitensi Audienciâ  
Peruani Orbis, Senatoris;

TRACTATUS  
DE FRUCTIBUS,

IN QUO SELECTIORA JURA AD REM FRUCTUARIAM  
pertinentia expenduntur, difficiliorâque referantur.

OPUS E SUMMIS THEORICÆ, ET PRACTICÆ

*Jurisprudentiæ penetrabilibus eductum; Jure Canonico, Civili, Regio, Feudali, necnon  
aliorum Regnorum, & Provinciarum Legibus, Statutis, Constitutionibus, Oppidorumque,  
ac Civitatum Ordinationibus; Sacris etiam Litteris, profanisque affabrè concinnatum:*

EX QUIBUS, DIGLADIATIS OPINIONUM HINC INDE  
contentionibus, & ipsarum nonnullis opportunè rejectis: aliis in concordiam redactis;  
veriores, receptiorâque sententiæ, ac resolutiones traduntur; & melioris notæ Autho-  
ritatibus, Doctôrumque placitis plenâ manu congestis, fulciuntur, atque exornantur.

EDITIO NOVA A MENDIS DILIGENTER PURGATA;


*Cum Indicibus Capitum, seu Questionum, ac Rerum & Verborum locupletissimis: Quibus  
etiam commodioris usus gratiâ, Indiculus vocum ac nominum adjicitur.*



GENEVÆ.

Sumptibus FRATRUM DE TOURNES.

M. DCC. LVII.



IN DOCTISSIMOS, PARITERQUE ERUDITOS HOSCE

Commentarios D. Licentiatu D. Mathie Lagunez Quitensis meritiſſimi Senatoris gratulatoria Epistoła à Licentiate D. Gregorio Fontecha & Mendoza, in Curia Regia Hispaniarum causarum patrono in amicitiae pignus concinnata.



Nondum satis Coelum laudibus extolli humano valet ingenio, nondum homines serotinos à terra, atque opiparos fructus veluti à maternis uberibus fugentes, ipsam satis collaudare queunt; multa (quibus deo à Zolis ingratiſſimè notis inurantur) vel inviti haud commendata relinquunt: quia, ut Seneca tradit, *Sepè, & qui in gratiam non retulis gratus est, nam si in officio est, quidquid deficit fortuna peccat.* Non absimiliter in praesentiarum cunctis eventuum arbitror, qui cum has nunquam laudandas factis de *Fructibus* disceptationes perlegerint, tamen pro viribus inclutam gloriam, praeconiisque, conspicua ipsis deferre conentur, & lingua laudatoris voces impotens efformare inuili conatu fatiscit. Solummodo igitur (sapientissime Senator) de tuis elucubrationibus, & commentariis jure dicam, quod alibi Nalo cecinit eleganter,

*Quos prior est mirata, sequens mirabitur aetas,  
In quorum plausus tota theatra sonant.*

Ovid. 2. de  
Font.

Sed quid demum assererem, si singulos tuos Tractatus evolverem, quid si ad miram eorum eruditionem attenderem, ad solidum iudicium oculos converterem, si disceptationes, undique mordicus agitatae, facile hic conciliatas viderem, si falsa tandem penitus à te profligata, nec non tumulosa conspicerem? Cum sane haec omnia, & sexcenta alia in tuo subtili Opere splendeant, & vel ipsimet caecis pateſcant, non multum unicuique Tractatum laudes tribuere instagam. Qui si adeo discilem Provinciam susciperem, primo in limine Palladis intellectus, & si Lynceus, offenderet, & puppis discursus naufraga scopolis allideret. A qua, ex cunctis praecclaris, excellentiū exordium suscipiendum? Quanam extollenda prius? Dum omnes pro laurea mirifica veneratione concertant. Latet certe; quapropter solummodo cum Nazianzeno fas est asserere: *Quocumque intorquetur humana, tam multa praecclara se offerunt, ut qualibet summa videantur.* Nihilominus, licet ams silentio tradam, no modestiam tuam nimis officiosus ledam, unam praec ceteris non omitam. Amho Salmanticae, in praecclaro illo scientiarum Athenaeo una adiuuamus. Ibi condiscipulatus familiaritate, ac disceptationum occasione perspicue notavi, te ad fiammam Jurisprudenciae culmen ciuissimè peruenturum. Cum ab elementis ejus primis maxime aptus natalque unice ad hanc exornandam scientiam omnibus videreris. Quod ut efformarem iudicium artificimè tecum inita amicitia minime compulsi, sed una ratio cogit, non tenera familiaritas obstrinxit, sed tua in disputando dexteritas allexit; ac demum non benevolentia tantummodo proueruit, sed ipsamet sequitas depoposuit. Felix ego, qui inter primos primaevas tibi dignitates sum ominatus, felix Hispania, quod eventus omen haud fefellerit, sed felicior novus Americae Orbis, qui eventum omnino gloriabundus experitur. Hinc facile responsum praebeam, si demiratus aliquis interroget, qui tam miram facilitate doctissimos commentarios potueris posteritati relinquere? Nam si, ut inquit Procopius, *Ex praeteritis factis contemplari futura homines queunt, & in toto eadem constituere;* merito similes, ac alios amantissimos Jurisprudenciae floculos, ex quibus praenitendos minime fructus cuncti decerpent, jam diu expectavisse debebam, & in posterum novos expectare potero. Quippe ut Milo, qui virtutem assueverat ferre, taurum descebat; ita qui puer in arenam literariam descendens, bravo obtento, ceteros antecelluit, ut jam vir Magistrum cunctorum eximium se praebere. Sed ita egregium hoc pertolvis, ac exerces munus, ut si orator Princeps adesset, suavissimisque tuos gustales fructus, propriam abs dubio sententiam mutaret: *Viri juris* (Operis tui ignarus aiebat) *germanaeque iustitiae solidam, & expressam imaginem nullam tenemus; umbra, & imaginibus utimur.* Cum praecipuis fructus frugiferi hujus Operis sit, ut ipsam iustitiam Legum, ac rationis coloribus ad vivum delineatam inspiciamus, vel, ut verius loquar, ipsamet loquentem audiamus. Laetetur ergo nobilissima Quitensis Civitas, populus alacritate afficiatur, incolae exultent hilaritate, celoni maximam iucunditatem percipiant, gravissimus congaudeat Senator, & universus tandem Americanus Orbis alacer gloriatur; nam qui hucusque argento, aurumque suo Hispaniam nostram locupletavit; jam totam Europam tuis *Fructibus* ditat, tuis literis ornat, tua eruditione collustrat, & tua eloquentia delectat.

Orat. 91.  
num. 29.

De bello  
Goth. esp. 3.

Cic. 3. de  
offic.



# TRACTATUS DE FRUCTIBUS.

AUTHORE

LIC. D. MATHIA LAGUNEZ,

J. C. Hispano, dudum in Suprema Hispaniarum Curia Ad-  
vocato : nunc in Regia Quitensi Audientia Peruviani  
Orbis Senatore.

## PARS PRIMA.

Agitur de etymologia, & diffinitione nostri verbi *Fructus*, & quæ emolu-  
menta ejus appellatione comprehendantur ?



### C A P. I.

De etymologia, ac origine nostri verbi  
*Fructus*.

#### S U M M A R I U M.

- 1 Rei cujuscunque vera cognitio à prima causa, ab origine nempe, sive etymologia incipere debet.
- 2 In verbi *Fructus* origine varias Doctores.
- 3 Refertur ali per unam primam denominationem à verbo *fructuere*, seu à frumme ex Dico Indoro.
- 4 Refertur aliorum secunda à *fructuendo*.
- 5 Comprobatur ex l. item si fundi 10. ff. de usufruct. l. arbores, eodem tit. l. ultima pecunie 121. ff. de verb. sign. & num. 6.
- 7 Tertia traditur etymologia à *fructuendo*, videlicet.
- 8 Refertur quarta auctorum opinio, qui iam à *fructuendo*, quam à *fructuendo* verbum *Fructus* denominari volunt.

Lagunez de Fructib.

- 9 Pro vera concordia distinguitur inter verbi *Fructus* propriam, & rigorosam significationem, & inter latam, & generalem juris civilis interpretationem introductam, & num. 10.
- 10 Verbi *Fructus* propria, & rigorosa significatione inspecta ea tantum utilitas, quæ ex ipsa re nascitur *fructus* nomine venit: juxta latam autem juris interpretationem ea etiam emolumenta quæ immediate ex re proveniunt comprehenduntur, num. 11. cum seqq.
- 16 In primo casu dicta distinctio procedit rectè quilibet ex dictis denominationibus.
- 17 In secundo casu plenioris significationis verbi *Fructus* terti: etymologia à *fructuendo*, nempe, ut *lucrum*, verius judicatur, & num. 18.
- 19 Jure civili *Fructus* in lata, & generali significatione frequentius accipitur, idè proxime à verbo *fructu* denominationis magis imbecendum, & n. 20.
- 20 Sub hac à verbo *fructu* etymologia quæcumque utilitas, vel emolumentum ad fructificationem hominis quomodolibet spectans includitur.
- 21 Comprehenditur etiam quælibet fructio in animo solum, & voluptatis recreatione consistens, ut odori,



# INDEX

## RERUM, ET VERBORUM,

quæ in hoc opere continentur, Alphabetico  
ordine digestus.

*In quo prior numerus partem, Secundus caput, Tertius numerum marginalem designat. Ubi autem incidit paragraphus suo proprio signo annotabitur.*

### A.



**ACCESSIONES** Rerum an sint in fructu? vide infr. verbo *Fructus*.

#### *Accipere.*

**Accipitres**, seu Falcones, quibus ad aucupium utimur, si oculos dominorum effugerint, cuius sint? 1. 12. 89.

#### *Actus.*

**Actus** indifferentes ratione bonæ, aut mæe intentionis eos exercens boni, seu mali habendi sunt, 1. 34. §. un. 117.

#### *Adam.*

**Adam**, si viveret, omnes illius loci, ubi ille habitaret, domicilium essentia. 1. 30. §. 3. 124.

#### *Adha.*

**Adha** est certa prestatio, quæ sit quotannis domino directo feudi occasione. 1. 13. 71.

**Adhae** nomine specialiter sumpto venit servitium pecuniarium pro personali per feudatarium aliis solvendo. 1. 13. 76.

**Adhae** servitium in fructu esse, probatur. 1. 13. 74.

**Adhae** emolumentum fructuario directi domini non proprietario competit. *Ibidem*.

**Adhae** ad servitium, seu pecuniariam contributionem communiter apud feudales est redactum servitium personale adjuvandi Dominum in bello per feudatarium. 1. 13. 77.

**Adhae** nomine generaliter sumpto, quilibet prestatio pecuniaria, aut Vassallorum obventiones, seu adjutoria comprehenduntur. 1. 13. 78.

**Adhae** servitium in specie hic describitur, & tractatur. 1. 13. 79.

**Adhae** servitium apud feudales onus reale existimatur. 1. 13. 86.

**Adhae** onus transit in quolibet feudi, aut rei feudalis possessorem. 1. 13. 87.

**Adhae** servitium tenetur solvere feudi possessor non solum pro tempore, quo possidet, sed & pro pretérito. 1. 13. 88.

*Legitur de Fructibus.*

**Adhae** debetur respectu fructuum feudi: ideoque ad eam tenetur quilibet eos percipiens. 1. 13. 90.

**Adhae** prestatio augetur, vel augetur, sicut, vel diminuitur fructibus. 1. 13. 91.

**Adhae** non debetur, castro absque fructibus concessio. 1. 13. 93.

**Adhae** onus remittitur propter sterilitatem in fructibus feudi contingentem. 1. 13. 94.

**Adhae** servitium quid antiquitus apud feudales fuerit? 1. 13. 97.

**Adhae** de materia ad plures quaestiones plura remittend. 1. 13. 97. & 2. 164.

**Adhae** ex jurisdictionalibus provenibus deduci non debet. 1. 10. 74.

Reliqua vide in verbo *Lanarum servitium*.

#### *Adjutoria.*

**Adjutoria** per Vassallos Dominis quando subministrari debeant? vide in verbo, *Donatio*, & in verbo, *Vassallus*.

#### *Adscripti.*

**Adscripti** Romanorum agrariorum, & similibus servitium tenebantur. 1. 25. 2.

**Adscripti** Clericari, aut Monachari, seu aliter terras deserere, non licebat. 1. 25. 23.

**Adscripti** servi reputabantur, sed non proprie. 1. 25. 24.

**Adscripti** iure Codicis, etiam in vitis domibus, Clericari poterant, & quomodo? ad differentiam eorum, qui proprie servi sunt; hi enim sine manumissione Clericari non possunt. 1. 25. 24.

**Adscriptio**, & Colonorum apud Romanos differentia, ad primum iurium declarationem. 1. 25. 27.

#### *Advocatus.*

**Advocatus** stipendium, licet non conventum, debetur, ad text. in l. 2. §. *Advocatus*, ff. de variis, & extrajudic. cognis. 1. 25. §. un. 162.

**Advocatorum** stipendia quomodo taxanda? 1. 25. §. un. 164.

Et quid de iure Regio ad l. 34. tit. 16. lib. 2. *Recep.* 125. §. un. 165.

**Advocati** an aliquid ultra taxam dictæ legis pro palatio, vel ex alia causa recipere valeant, & quid si donatum libenter sit à cliente? 1. 25. §. un. 165.

Et quando voluntariè, vel coactè datum censetur? *Ibidem*.

Advo-